



**S. Augustinus, Episcopus in Africa Hipponeñsis, Veritatis  
Evangelico-Catholicæ In Potioribus Fidei Controversiis  
Testis Et Confessor, Contra Bellarminum Et Alios  
Scriptores Papæos, antiquos pariter & ...**

**Reiser, Anton**

**Francofurti, 1678**

Serenissimo & Celsissimo Principi ac Domino Domino Friderico, Duci  
Würtembergiæ Et Tecciæ, Comiti Montisbeligardi, Domino In Haidenheim,  
Principi Ac Domino Meo Clementissimo, Literarum Literatorumque ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72506](#)



Serenissimo & Celsissimo Principi  
ac Domino  
**DOMINO**  
**F R I D E R I C O,**  
DUCI WÜRTEMBERGIÆ  
ET TECCIAE,  
**C O M I T I M O N T I S B E L I -**  
GARDI, DOMINO IN  
HAIDENHEIM,  
**P R I N C I P I A C D O M I N O M E O**  
CLEMENTISSIMO.

Literarum Literatorumque Patrono  
Benignissimo.

**E**x quo, Princeps Serenissime, ante hunc Annum, & quod ex-  
currat, meum cognoscens desiderium proprius inspiciendi Gazo-  
phylacium illud librarium, quod à multo jam tempore, ad in-  
stitutum & laude omnigenâ dignissimam imitationem Augu-  
stissimi quandam Soceri & Herois nunc Beati, comparare Sum-  
tu plurimo cœpisti, & quotidianis locupletare incrementis labo-  
rasti hactenus, ultrò me adtraxisti, oculorum delicias largitus  
liberalissime, aliis pluribus Gratiae documentis mihi antehac in viso & peregrino homini  
exhibitis, quæ prolixius hic enarrare certis de causis duco superflium, alii ea ser-vans

225

occasione magis commoda; mentem meam occupavit serua cogitatio, quâ ratione non in acceptâ aliquod debitæ Gratitudinis testimonium licet exhibere, ne ingratuatur immemoritatorum à Tuâ Principali Gratia Beneficiorum esset mihi moriendum. Adcidit autem commodissimè, ut sub illud ipsum tempus Vindiciae, quas in gratiam Augustissimi Doctoris Ecclesiae, vel potius antiquissimæ Veritatis, operâ Ejus contra non unos hostes fortiter defensa, ab aliquot Annis, inter ordinarios Munerum publicorum labores, telâ non semel interruptâ parati, favente Cœlo ad finem irent, publicamque Lucem, cui pridem erant destinatae, post interjectas toties mōras adspirarent. Cum igitur mos sit à pluribus Seculis inter eruditos receptissimus, ut Scripta communii Bono & usui consecrata eorum Patrocinio commendentur, qui literas estimare ex aequo, easdemque contra superciliosos contemtores defendere sunt docti, ansam hanc ambabuſ, quod ajunt, manibus adprehendendam duxi. En ergo, Princeps Serenissime, ad Te, Vultusque tuos pleno cursu fertur Augustinus, sibi Veritatique Evangelicæ, Testis videlicet Confessor ejusdem perpetuus ac constantissimus, quantum videlicet illius temporis ratio permisit, quo Deus ipsum vivere & docere voluit, contra non unius generis Antagonistas meo qualicunque studio restitutus, atque in Bibliotheca, quam laudavi, amplissimâ aliquem non locum, sed loculum ambit. Deus, qui Te haec tenus, Tuamque Domum Principalem, inter furores Martios hic ibi crudeliter grassantes faventissimè est tuitus, porro etiam dextera sua Fortitudinis Te roboret ac fulciat, ut Neostadium posthac quoque sit Vere Pietatis ac Eruditionis Serie Armamentarium. Ita precatur de votâ

Tuæ Celsitudinis Serenissimæ

Cliens apud DEUM supplex

M. A. R. A.

S. ALA-